¶ Incipit miſſa de quinqꝫ vulneribꝫ dñi noſtri iheſu chri-
ſti de qua legitur ꝙ ſit per Innocentiū confirmata Et pro
quacūqꝫ anima in purgatorio exiſtente celebretur quinqes
continuis ꝛ non interpellatis diebus. Et addatur Sexta
miſſa de reſurrectione eiuſdem domini noſtri iheſu chriſti
ꝙ illa anima liberetur a pena. etiā ſi vſqꝫ ad diem extremi
iudicij exſpectare ꝛ purgari deberet Quod cū olim in pub
lico ſermone per quēdam egregiū doctorem ordinis minoꝝ
predicaretur Due deuote matrone notantes conuenerunt
ꝙ que earum primo morte preueniretur altera ſuꝑuiuens
miſſas pro anima defūcte celebrari ordinaret quod ſpondē
tes ꝛ factum eſt. Una aūt mortua altera fecit vt conuentū
fuerat ꝛ miſſis ꝯpletis anima defuncte apparuit ei in tāta
claritate et gaudio ꝙ ſimiliter gaudio repleta tribꝫ diebus
ſine omni refectione corporali ꝑmanſit.

¶ Debent aūt legi cū deuotione vltra alia reqſita quinqꝫ
pſalmi qui ſequūtur Et debent concludi cū Requiē eter-
nam dona eis domine Et lux perpetua luceat eis ꝛc.

¶ Primus pſalmus
DEus deus meus reſpice in me quare me dereliqui- 1
ſti longe a ſalute mea verba delictorum meorum ꝛc.

¶ Secundus pſalmus.
IUdica domine nocentes me: expugna impugnātes 2
me. Apprehende arma ꝛ ſcutū: ꝛ exurge ꝛc.

¶ Tercius pſalmus.
EXaudi deus orationē meam ꝛ ne deſpexeris depreca 3
tionem meam: intende mihi ꝛ exaudi me. ꝛc.

¶ Quartus pſalmus.
SAluū me fac deus: quoniā intrauerūt aque vſqꝫ ad 4
animam meam ꝛc.

¶ Quintus pſalmus.
DIxit dominus domino meo: ſede a dextris meis ꝛc. 5
Kyrieleiſon Criſteleyſon Kyrieleiſon. Pater no-
ſter. Et ne nos inducas in tēptationem. Sed libera nos a
malo. Requiem eternā dona eis dñe Et lux perpetua luce
at eis A porta inferi Erue dñe animas eorum Credo vi-
dere bona domini In terra viuentium Ne tradas domine

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

beſtijs aīas confitentiū tibi: Et animas pauperū tuoꝝ ne obliuiſcaris in finem. Domine exaudi orōnem meam Et clamor meus ad te veniat Dominus vobiſcum Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Deinde ſequitur vna de āmonitionibꝫ vt infra.

¶ Nota he ſex Ammonitiones debent legi pro defuncto vel defuncta ante quālibet miſſam. vna ꝗlibet flexis genibꝫ

Prima āmonitio ante primam miſſam.

Ammonio te mitiſſime et clementiſſime dn̄e iheſu chriſte ꝑ tuam innocentē captiuitatem quam pro toto genere humano ſubire ſponte voluiſti vt liberare digneris aīam famuli tui. N. ab omni captiuitate ⁊ a pena purgatorij cui pctis ſuis exigentibꝫ voluntarie ſe tradidit captiuandam. Qui viuis ⁊ regnas deus. Deinde inchoabit officiū miſſe. Humiliauit ſemetipſum ⁊c̄. vt infra.

Scda āmonitio an̄ ſcdam miſſā

Ammoneo te mitiſſime ⁊ clementiſſime domine iheſu criſte ꝑ tam innocens iudiciū quod iniuſte ſuſtinere voluiſti pro toto genere humano vt liberare digneris aīam famuli tui. N. de iuſto iuditio in quo voluntarie peccatis ſuis exigentibꝫ ſe tradidit iudicandam. Qui viuis. Deinde officium miſſe vt infra ⁊ ſic de alijs.

Ante terciam miſſam.

Ammoneo te mitiſſime ⁊ clementiſſime dn̄e iheſu chriſte per tuam innocentem ⁊ indignam conclauationem quam pro toto genere humano in cruce ſuſtinuiſti vt liberare digneris aīam famuli tui. N. de iuſta ꝯclauatione cui peccatis ſuis exigentibꝫ volūtarie ſe tradidit puniendā. Qui viuis et regnas deus. Per oīa ſecula ſeculorum Amen.

Ante quartam miſſam

Ammoneo te mitiſſime ⁊ clementiſſime domine iheſu cri

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſte per vulnera cordis ⁊ corporis tui ſacratiſſimi ⁊ ꝑ anxie-
tatem mortꝭ tue quā in cruce ſuſtinuiſti pro toto genere hu
mano vt liberare digneris aīam famuli tui. N. ab oībꝫ vul-
neribꝫ pctōꝝ ſuoꝝ quibꝫ ſe tradidit vulnerandam.

Ante quintā miſſam

Ammoneo te mitiſſime ⁊ clementiſſime dn̄e ihesu christe
ꝑ ſanctā ſepulturā tuam qua in corꝑe ſepultus in terrā fui-
ſti ipe deus ⁊ rex celoꝝ vt liberare dignerꝭ aīam famuli. N.
de ſepultura ⁊ pena purgatorij cui pctis ſuis exigentibꝫ vo-
lūtarie ſe tradidit purgandā Qui.

Ante ſextam miſſam.

Ammoneo te mitiſſime ⁊ clemētiſſime dn̄e ihesu xp̄e per
tuā ſacratiſſimā letamqꝫ reſurrectionem ⁊ admirabilē aſcē
ſionē tuam vt aīam famuli tui. N. ab omni captiuitate iu-
ditio ꝯclauatione ⁊ vulneratiōe atqꝫ ſepultura ſeu pena pur
gatorij cū gaudio reſurgere facias ⁊ indulgeas ⁊ aſcendere
ad ꝯſortiū electorū tuoꝝ iubeas cū quibꝫ eternaliter te lau-
dare ⁊ benedicere mereatur Qui.

Officium miſſe introitus.

Humiliauit ſemetipſum dn̄s noſter ihesus xp̄s
vſqꝫ ad mortē, mortē aūt crucis, ꝓpter qd̄ ⁊ deꝰ
exaltauit illū ⁊ donauit illi nomē quod eſt ſuꝑ
omne nomen. Vſus Miſericordias dn̄i ine-
ternum cantebo. Gloria patri dicitur. Gloria in excelſis
non dicitur.

Collecta.

Domine ihesu xp̄e fili dei viui qui de celo ad terram
de ſinu patris deſcendiſti ⁊ in ligno crucis qnqꝫ pla-
gas ſuſtinuiſti ⁊ ſanguinē tuū ꝓcioſum in remiſſionē pec-
catorū noſtroꝝ effudiſti. Te hūiliter deprecamur vt in die
iudicij ad dextrā tuā ſtatuti a te audire mereamur. Veni-
te benedicti in regnū patris mei Qui cū eodē deo patre vi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nis ⁊ regnas ⁊c̈. Deinde Collecta pro defuncto vel defun-
cta pro quo vel qua legitur miſſa. Tercia collecta de feſto
ſi fuerit aliquod eodē die vel alia ẛm placitū Sic fiat etiaꝫ
cum Secretis et cōplendis.

Lectio Zacharie prophete.

HEc dicit dn̄s deus Effundam de ſpū meo ſuper do-
mum dauid ⁊ ſup habitātes hieruſalem ſpiritū gra-
tie ⁊ miſeratōis ⁊ aſpitient in me quē tranſfixerunt ⁊ plan-
gent eū planctu magno quaſi vnigeniti Et dolebūt ſup eū
vt doleri ſolet in morte pmogeniti In illa die erit planctus
magnus in hieruſalem Et dicetur ei que ſunt iſte plage in
medio manuū tuarū. Et dicet eis his plagatus ſum in do-
mo coꝝ qui me diligebant Framea ſuſcitare ſup paſtorem
meū ⁊ ſup virū coherentē mihi. Dicit dominus exercituū
Percutiā paſtorem ⁊ diſpergentur oues gregis. Dicit do-
minus exercituum.

Graduale.

Improperium expectauit cor meū et miſeriam ⁊ ſuſtinui
qui ſimul contriſtaretur ⁊ nō fuit qui conſoletur queſiui et
non inueni Et dederūt in eſcam meā fel ⁊ in ſiti mea pota-
uerunt me aceto.

Alleluya

AVe rex noſter tu ſolus noſtros errores ⁊ reatus miſe-
ratus patri obediēs ductus es ad crucē vt agnus mā-
ſuetus ad occiſionem tibi gloria oſanna tibi ſupreme laudis
et honeſtatis corona. Sequentia non dicitur

Tractus in ſeptuageſima vel in quadrageſima loco alleluya

SEpe expugnauerunt me a iuuentute mea. verſus
Dicat nūc iſrahel ſepe expugnauerunt me a iuuen-
tute mea. Verſus Etenī non potuerunt mihi ſupra dorſum

meum fabricauerunt peccatores. verſus Prolongauerunt iniquitatem ſibi dn̄s iuſtus concidet ceruices peccatorum.

Euangeliū Scd̄m Johānem

In illo tempore Sciens ihesus quia iam omnia cō ſummata erant vt compleretur ſcriptura dixit. Sitio. vas ergo poſitū erat plenum aceto et yſopo circūponentes obtulerunt ori eius. Et cum accepiſſet ihesus acetum dixit Conſummatum eſt Et inclinato capite emiſit ſpiritum. Judei ergo qm̄ paraſceue erat vt non remanerent in cruce corpora ſabbato Erat em̄ magnus dies illa ſabbati rogauerūt pylatum vt frangerentur eorum crura et tollerent. Venerunt ergo milites. ⁊ primi quidē fregerūt crura ⁊ alterius qui crucifixus eſt cū eo Ad ihesum aūt cū veniſſēt vt viderent eū iam mortuū non fregerunt eius crura Sed vnus militum lancea latus eius aperuit ⁊ continuo exiuit ſanguis ⁊ aqua Et qui vidit. teſtimoniū perhibuit ⁊ verū eſt teſtimonium eius. Credo non dicitur niſi in dn̄ica.

Offertorium.

Inſurrexerunt in me viri iniqui abſq̄ miſericordia queſierunt me interficere ⁊ non pepercerunt in faciē meam ſpuere et lanceis ſuis vulnerauerunt me et concuſſa ſunt omnia oſſa mea.

Secreta

Domine ihesu chriſte qui pro mundi redemptione crucis lignū aſcendiſti vt vniuerſus mundus qui in tenebris erat illuminaretur illam lucem in aīas et corpora noſtra ſemper tribue illuceſcere per quam ad eternam lucem ꝑuenire mereamur Qui tecū viuit ⁊c̄.

Prefatio dicitur de ſctā Cruce.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Communio Foderunt manus meas et pedes meos et dinumerauerunt omnia oſſa mea.

Complenda

Domine iheſu xp̄e qui hora diei ſexta pro redemptione mūdi crucis patibulum aſcendiſti ⁊ ſanguinem tuum precioſum ꝑ quinq̧ vulnera in remiſſionē peccatoꝝ noſtroꝝ fudiſti. te humiliter deprecamur vt poſt obitū paradiſi ianuam tecum gaudenter introire ꝯcedas Qui cum eodem deo patre ⁊ ſancto ſpiritu viuis ⁊ regnas ⁊c̄.

Nota q̄ ad miſſam de quinq̧ vulneribus chriſti vt ſupra papa Johannes viceſimus ſcd̄s cōceſſit tam dicentib⁹ q̄ audientib⁹ ducentos dies indulgentiaꝝ.

Bonifacius papa Egrotauit vſq̧ ad mortem petēs a dn̄o vitam ſuam prolongari Ad quem dn̄s mittens Raphaelē dicentem. Surge ⁊ ſcribe offitiū iſtud de quinq̧ vulnerib⁹ xp̄i et lege quinq̧ vicib⁹ ⁊ recipies ſanitatē. Et quicūq̧ ſacerdos deuote legerit pro ſeipſo vel pro alio homine egrotante recipiet ſanitatē ⁊ in futuro vitam eternā. Et in quacūq̧ tribulatōne homo extiterit in hoc ſeculo ſtatim liberabitur Et ſi pro defuncto vel defuncta legitur ſtatim poſt ꝯplementum abſoluetur a penis. Sanctus ergo bonifatius ſtatim ſe erigens ip̄m ꝯiurauit ꝑ oīpotentem deū ⁊ abſq̧ ſui ꝑiculo corpis recederet aut quis eſſet vel ad quid veniſſet indicaret. Qui ſtatim dixit ſe angelū dn̄i miſſum prius noīatū Promittēs tunc ſanctus Bonifatius p̄dictus ap̄lica autoritate tribuere indulgentias oīb⁹ deuote celebrantib⁹ ⁊ ꝯplētibus quina vice p̄dictū offitiū ſeptimā ꝑtem omniū pctōrum. Et deuote audiētib⁹ quadraginta dies criminalium et venialium nunc in dn̄o relaxauit.

Tem legit̄ q̄ āno dn̄i. M. ccc. xiiij. Sāct⁹ hēric⁹ īꝑator poſtq̄ vxor ſua ſctā Cunigūdis Comit̄s palatini ⁊ p̄ncipis electoꝝ filia occubuiſſet miſit oratores ſuos ad ſummū pōtificē eundē exorādo vt ex theſauro paſſiōis xp̄i ꝑ plenitudinē ptātis ſue aīe vxoris ſue aliquod remediū ſp̄uale ꝯtiret quo mediāte ip̄a aīa ⁊ q̄cunq̧ alia aīa in

purgatorio exiſtẽs p̱ preces aut miſſas ſeu elemoſinas aut alia pietatis opa tantotius inde poſſit liberari.
Tunc ſummus pontifex ex plenitudine ptãtis ſue Ad inſtantiã impatoris preſumpti conceſſit oĩbꝫ ⁊ ſingulis aĩabꝫ in purgatorio laborantibꝫ pro quibꝫ p̱ quecunqꝫ chriſtifidelem quadraginta ⁊ vna ſequentes miſſe viciſſim ſine intermiſſione legãtur aut legi ordinant ꝙ eadẽ aĩa ſtatim poſt completionẽ earundẽ miſſaꝝ a purgatorio liberetur, etiã ſi vſqꝫ ad diem extremi iudicij eſſet purganda ⁊c̃.
Debent aũt legi cũ deuotione tres miſſe de ſancta trinitate. vt in dominica ſancte trinitatis. Quinqꝫ de ſancta cruce. vt in die eiuſdem ſancte crucis. Nouen de nouẽ choris angeloꝝ. vt in die ſancti michaelis. Duodecim de ſanctis Apoſtolis. vt in die diuiſionis apoſtolorum. Quatuor de ſanctis euangeliſtis vt in die ſancti marci. Septem de ſancto ſpiritu. vt in die penticoſtes Et vna de domina videlicet Salue ſancta parens enixa es puerpera.

Sequuntur iam tres miſſe

HE ſunt tres miſſe que reuelate ſunt p̱ diuinã vocem cuidã ſacerdoti miſſam celebranti ⁊ venerabiliſſimũ ſacramentũ in manibꝫ ſuis habenti ⁊ tractanti Et quicũqꝫ eaſdem miſſas pro anima alicuius defuncti vel defuncte legerit vel legi ordinauerit Eadem aĩa infra triginta dieꝝ ſpaciũ ſine dubio liberabitur. etiã ſi vſqꝫ ad diẽ extremi iudicij in purgatorio redemptionem expectare ⁊ horribili pena purgari deberet.

Prima miſſa Dominus dixit ad me ⁊c̃. vt in die natiuitatis dñi in gallicãtu

Secunda miſſa Puer natus in betlehem ⁊c̃. vt in eodem die natiuitatis Ad ſummam miſſam.

Tercia miſſa Nos aũt gloriari oportet in cruce ⁊c̃. vt in die ſancte crucis.

Sequuntur tria pater noſter

Que pro aĩa defuncti vel defuncte legentur vt infra.

Quodam Tempore quidam papa agoniſans interrogauit a capellano ſuo q̃d beneficij

ꝓ ſolatio ipſius aīe ſeꝑantis ſe a corpore ꝯferre velit Qui capellanus reſpondit quecūꝗ petierit ⁊ ſcḋm viriū ſuaꝝ exi-gentiā ꝯplere potuerit Tūc idē papa poſtulās dixit Peto a te tria pater noſter pro aīa mea legi Et cū ꝓmū legeris di-cas iſtud pater noſter loquor in honore illius tremēdi timo-ris ⁊ horroris quē dn̄s noſter iheſus xp̄s in hūanitate ſua habuit in illa hora qn̄ ꝓpter paſſionis ſue amaritudinē ſibi inſtantē ſanguineū ſudorē ex ſacratiſſimo corꝑe ſuo ſudauit Quod aīo promptiſſimo pro nobꝭ miſerrimis libētiſſime ſuſtinuit Et roges vt illiꝰ timorꝭ amaritudinē ꝑ oībꝫ pctīs meis ponat Et ab oībꝫ inimicꝭ meis aīaȝ meā defendat.

Secundū pater noſter legas in honore amariſſime paſſio-nis quā paſſus eſt pro nobis in ara crucꝭ in illo inſtanti qn̄ nobiliſſima ⁊ ſanctiſſima aīa ſua a digniſſimo ⁊ beatiſſimo corꝑe ſuo ſe ſeꝑauit Et roga vt illā amaritudinē pro oībus pctīs meis offerat.

Terciū pater noſter loq̄ris in honore illius ineffabilis amo-ris quo ab altitudine celi vſqꝫ ad terrā tractus eſt Et roga vt ꝓpter eūdem amorē celeſtia ſua regna aperiat ⁊ me gau-denter introire ꝑmittat qḋ meis meritꝭ indigniſſimꝰ ſum adipiſci. Tūc capellanus reſpondit vt idē paratiſſime ꝯple-re velit ⁊ ꝑfecit. Papa aūt mortuo ſtatim pꝰ modicū tpīs aīa ipſius reuerſa oſtēdit ſe p̄dicto capellano dicēs O amā-tiſſime precordialis amice gratias ago deo oīpotenti ⁊ tibi qm̄ ꝑ miſericordiā dei ⁊ tuaꝝ orōnū v̄tutē ꝑueni ad eterna gaudia. Cūqꝫ ꝓmū pater noſter loq̄barꝭ dn̄s noſter iheſus xp̄s manifeſtauit ſuo patri oīpotēti illū ſudorē amariſſimū quē pro nobis pctōribꝫ ſudauit ⁊ fugabat a me oēm timorē et horrorē. Cū em̄ ſecundū pater noſter legebas. dn̄s noſter iheſus xp̄s oēm paſſionē ⁊ penā quā pro nobis paſſus ē in ligno crucis ſuo patri celeſti oſtēdit. indulgens ⁊ auferēs a me oīa pctā mea. Cū vero terciū orabas aperiebantᷣ mihi celeſtia gaudia q̄ cū maxima leticia ⁊ iubilatione introiui. cuius benedictus dn̄s deus nunc ⁊ in euū ⁊ tibi laudes in eternū Amen Et cū hoc aīa p̄dicti pape euanuit Et capel-lanus hoc miraculū multis hoībꝫ publicauit ⁊ in vſum de-uenit ꝙ hoc documentū coīter pro aīabꝫ multoꝝ hominuȝ fieri ſolet.

Sequitur Officium miſſe de paſſione dñi nrĩ iheſu xp̃i

Gaudeamus omnes in dño diem iſtũ venerantes in honore ſaluatoris dñi noſtri iheſu xp̃i de cuius paſſione gaudent angeli ⁊ collaudãt filiũ dei. Pſalmus Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo iacob. Gloria patri dr. preter in paſſione dñi. Glia in excelſ etiã dr except aduentu ⁊ .lxx. Colleca. Omnipotẽs ſempiterne de⁹ da nobis cũ tãta deuotione dñi nrĩ iheſu xp̃i memoriã paſſionis pagere. vt pctõꝝ noſtroꝝ idulgentiã pcipere mereamur Per eundẽ.

Lectio Iſaie prophete.

In diebꝫ illis Uidimus eũ deſpectũ ⁊ nouiſſimũ virorum: virũ doloꝝ ⁊ ſcientẽ infirmitatẽ Et erat vultus eius quaſi abſconditus ⁊ deſpectus. Unde nec reputauimus eum. vere dolores noſtros ipſe tulit ⁊ pctã noſtra ipſe portauit Et nos putabam⁹ eũ quaſi leproſum ⁊ pcuſſuz a deo ⁊ hũiliatum. Ipſe aũt vulneratus eſt ꝓpter iniqtates noſtras. attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra. Sicut ouis ad occiſionẽ ductus eſt: nõ aperuit os ſuũ. Et ipſe pctã multoꝝ tulit. ⁊ pro tranſgreſſoribus rogauit vt non perirent.

Graduale Oẽs videntes me deriſerũt me ⁊ mouerũt capita ſua .℣. Diuiſerũt ſibi veſtimenta mea ⁊ ſup veſtẽ meã miſerũt ſortẽ Alla .℣. Unus militũ lancea latus eius aperuit. ⁊ ꝯtinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Si quis voluerit legere Sequẽtiã legat hãc.

Aue iheſu xp̃e q̃ pro hũana ſalute de maria ỽgĩe naſci voluiſti Aue iheſu xp̃e q̃ pro mũdi redẽptõne flebili morte in cruce mori voluiſti. Aue ihũ xp̃e q̃ a iudeis reprobari ⁊ a iuda oſculo tradi voluiſti Aue ihũ xp̃e q̃ vincul' alligari ⁊ vt agnus innocẽs ad victimã duci voluiſti Aue ihũ xp̃e q̃ in ꝯſpcũ pylati p̃ſentari falſiſq; teſtibꝫ accuſari voluiſti Aue ihũ xp̃e q̃ flagellis opprobrijs moleſtari. ꝯſpui. coronari voluiſti Aue ihũ xp̃e q̃ in cruce leuari ⁊ inter latrones ꝯdẽnari. clauorũq; aculeis pforari voluiſti. Aue iheſu xp̃e qui felle ⁊ aceto potari ⁊ lãcea vulnerari ꝓpter nos voluiſti. Supplicamus ergo tibi dñe iheſu xp̃e ꝯditor gent' huma-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ne ⁊ filius virginis marie Da nobis miſeris peccatoribus te perfecte diligere. in te vere credere. et ſine bono diſcedere Da nobis te lumen in lumine eternaliter videre. ⁊ te p̄miū ſempiternū poſſidere. Da nobis tecū ꝯregnare ⁊ te i regno tuo ſine fine cū oīb9 ſanctis digne laudare bn̄dicere ⁊ glorificare. In. lxx. legat loco All'a ⁊ Seq̄ncie Tractū. Sepe expugnauerūt vt ſupra. Scd̄m Iohannem.

In illo tp̄e Apprehēdit pylatus iheſum ⁊ flagellauit Et milites plectentes coronā de ſpinis īpoſuerūt capiti ei9 ⁊ veſte purpurea circūdederūt eū. Et veniebāt ad eū ⁊ dicebāt Aue rex iudeoꝝ Et dabant ei alaphas Exijt iterꝝ pylatus foras ⁊ dicit eis. Ecce adduco vobis eū foras vt cognoſcat3 quia in eo nullā cauſam inuenio Exiuit ergo iheſus portās ſpineā coronā ⁊ purpureū veſtimētū et dicit eis Ecce hō Cū ergo vidiſſent eū pōtifices ⁊ miniſtri. clamabant dicētes Crucifige. crucifige eū. Dicit eis pylatus Accipite eū vos ⁊ crucifigite Ego eīm nō inuenio in eo cauſam Rn̄derūt ei iudei Nos legem habemus. ⁊ ſm legē debet mori: q2 filiū dei ſe fecit. Credo dr. excepto tp̄e paſſiōis qn̄ fuerit dies feriata Offertoriū Percutiebant caput eius arundine ⁊ ꝯſpuebant in faciē eius ⁊ flectētes genua adorauerunt eum. Secreta

Suſcipe q̄s dn̄e munus oblatū ⁊ dignanter operare: vt qđ paſſiōis miſterio gerimus. pijs affectib9 ꝯſequamur. Per. Prefacio Qui ſalutem humani ge. Coio Foderunt manus meas et pedes meos dinumerauerunt omnia oſſa mea

Complenda.

Adeſto quesumus ops deus vt qui in tot aduerſis ex noſtra infirmitate deficim9 intercedēte vnigeniti filij tui domini noſtri iheſu criſti paſſione reſpiremus. Per.

LANDES- UND STADT-BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf